Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philosophia Aristotelica-Thomistica - Cod. Ettenheim-Münster 226

Endel, Roman
Majer, Ferdinand

[s.l.], 1731-1732

Articulus 3us

urn:nbn:de:bsz:31-120354

Visual Library

artus: hoc tamen fit per accidens, per se enim non eo
quantum ex parte voluntatis, abstractis aliis per se [illegible]

Articulus 3tius

de

Agentibus propter finem, et causis per accidens.

N. 227. Nota 1o. aliquos actus voluntatis vocari elicitos; alios imperatos: eliciti sunt, quia voluntate tamquam principio vitali immediate procedunt, ac in ea recipiuntur: imperati sunt qui ab aliis potentiis voluntati subjectis v.g. sensibus ac [illegible] procedunt, et ab ijsdem ad imperium voluntatis propter finem eliciuntur.

N. 228. Nota 2o. Dupliciter aliquid posse aliquid agere propter finem 1mo quod se ipsum ordinet, ac dirigat in bonum seu finem praecognitum, ita ut cognoscat et finem ipsum, et media, quae ad finem conducunt, ac insuper proportionem mutuam proportionem inter finem et media, et hoc est agere formaliter propter finem. 2o modo aliquid agit propter finem, cum se ipsum non ordinat et dirigit in finem, eo quod illum nullo modo cognoscat, nec materialiter solum habet sine proportione cognita inter ipsum finem et media, sed agit tantum, ut ordinatum et directum in finem ab alio agente superiore cognoscente finem, et directa proportione: hoc autem est agere propter finem non formaliter sed materialiter. Cum iam triplicia sint propter finem agentium genera 1o pure materialia, quae omni prorsus cognitione carent, ut sunt omnia inanimata v: g: ignis accendens [illegible] et omnia pure vegetativa, ut plantae, arbores, flores etc. 2o quae aliquali cognitione gaudent, sed inferiori tantum materiali solum et sensitiva, ut sunt omnia bruta etc. 3tio quae perfecte cognoscunt, quid agunt: atque ad operandum dirigendo et movendo a voluntate, quod solum homini et Angelis ac eminenter ipsi Deo convenit. Circa haec magna quaestio oritur

quoniā ex his praedictis duobq modis cuiusd agēa
agant propter finē. igitr

Quaeres 1º quo modo agant agēa intellectualia? Resp. N. 2.2.9.
agēa intellectualia agunt propter finem primo modo
quid perficimus: patet tum inductione Deq ipse
et producites conservat oia propter se ipsū tamq ultimū
finē, oia propter semetipsū operatus ē Deus testat
Script: Prov: 16. Aglos vero formaliter agere propter
finē nemo pt dubitare, cum cognoscunt quod facturi
sunt, et conveniā proportionē inter ipsū et media, de
hoc fidem faciunt nos quotidiana experientia, quidem n
agit avarus ut fiat dives, quid n agit aegrotus, ut
sanitatem possit recuperare, et quidē per media proportionata
grata ut talia.

Quaeres 2º. quo modo agant agēa insensata, quae omni
oi sensu cognitivo carent, ut sunt plantae arbores
flores &c? Resp. eiusmodi agentia agere tantum N. 2.30.
materialiter propter finē n a se, sed ab alio agente superiore
cognito et intelligente. ratio ē: quia haec agentia omnino
n cognoscunt finē ut inanimata aut etiam animata
sola vegetativa tantum, qd tantum agunt materialiter propter
finē, adhuc eñ ut aliqd agat formaliter propter finē
debet cognoscere finē et insuper proportionē mediorū
ad finē obtinendū convenientium &c.

Quaeres 3tio. Quid sentiendum de agentibq sensitivis N. 2.31
idest de brutis et praecipue de animantibus
perfectis ut Elephantis, canibus, simijs &c
quorum prudentia ut mitteremur ipse Deus Matth.
10 nos adhortatur. utrum nempe n agant formaliter
propter finē? Resp. neque haec agere formaliter propter
finē; quia cognoscunt quidē rem, quae est finis; item
etiam cognoscunt res, quae sunt media, n a cognoscunt
finē formaliter ut aptabilem per media, ita ut possint
convenientia proportionē et iudicent finē posse obtineri
per haec media; quia haec media sunt apta ad hunc finē
obtinendū, ad hoc enim requiritur cognitio de medijs,

et consequenter dirigere hac ex suis rationis, quo bruta destituuntur
a quadam scholasticorum persuasione contra illam: Militat
quod si vero aliqua bruta videantur agere propter
propter finem quemadmodum ex nidificatione avium, quod laudatur
formicarum cura mittens a Sacra Scriptura, obiter
dedisse, et laborem addidisse: Resp. quod eo
modo bruta tali ac modo operari soleant, id ex
ex molitione naturali ab ipso auctore naturae in generatione
instanti ipsis indita, ita quod per artem ita docentur
homines. quemadmodum fit in canibus venaticis ut videantur
agere propter finem, in quibus formaliter discursive, quod
reflexa unum ex alio, sed virtualiter analogice concomitante
in effectu a parte rei ex infinita natura illud fit ad quasi
eodem modo, quo adaequate modo fieret ex ipso ex ratiocinatione
homine, et in aliud collatis S. Doct. de ... 1. 2. q. 11 a. 4o
dicit: avis colligit paleam, non quia delectatur sensu
sed quia est utilis ad aedificandum.

N. 232 Quoad alteram articuli partem scilicet de causis
per accidens nempe casu et fortuna, antequam
contra Stoicos concludamus vere dari in rerum
natura casum et fortunam, sciendum, ut est quid
sit utrumque. Incipimus quidem a fortuna, quae ab
Aristotele hoc libro c. 5to definitur, quod sit causa efficiens
accidens ex electione in his, quae fiunt propter finem
et raro contingunt. Dicitur causa efficiens, eaque quidem
contra persuasionem vulgi, quod nomine fortunae intelligit
ipsum effectum fortuitum, cum tamen philosophice loquendo
dici debeat causa effectus fortuiti: efficiens vero dicitur
quia fortuna non reducitur ad aliud genus causae quam
efficientis, cum sit causa agens aliquid propter finem. Dicitur
per accidens, quia nempe fortuna est causa effectus non
intenti, coniuncti tamen cum alio per se intento, sicut
in effossione terrae coniungitur inventio thesauri,
unde ... per accidens non videtur aliquid aliud contingens
causa per se ... sicut est musica convenit architectanti

domum, sed ob talem effectum audiverunt seu praeter intentionem conjunctum effectui, sed per se intento. Dicitur ex electione in his, quae fiunt propter finem, ut denotetur, causam, quae vocatur fortuna, debere esse agens liberum seu ipsum movens ac dirigens in finem. Dicitur denique quae raro contingunt, constat enim respectu illorum effectuum, qui semper vel fere semper fieri solent non posse dici fortunam.

Casus autem definitur, quod sit causa per accidens horum, quae raro fiunt in agentibus sine electione: unde, quae praecipue requiruntur ad casum, sunt, primo ut effectus raro eveniat, secundo ut praeter intentionem operantis eveniat. Differunt ergo in eo solum fortuna et casus, quod illa reperiatur in solis agentibus intellectu praeditis, seque ipsa sive in finem dirigentibus, casus e contra proprie locum habeat in agentibus, quae carent intellectu et solummodo materialiter propter finem operantur. Iam ergo

Dico 1o datur casus et fortuna in rerum natura: N. 233us

Probatur. Dantur in rerum natura multi effectus casuales et fortuiti; ergo datur in rerum natura casus et fortuna: consequentia constat, casus enim et fortuna sunt causa talium effectuum distincta a effectibus; dantur etiam causae. Antecedens autem satis constat tum ex quotidiano sensu et experientia; quis enim ex mortalibus est adeo providus et circumspectus, ut ei non aliquoties quidpiam eveniat, de quo nec cogitaverit quidem: deinde etiam ipsae causae naturales non agunt usque adeo perfecte, ut non quandoque praeter earum intentionem propter causam quandam impedimenti naturalis in effectum sequatur aliquid mixtum extraordinarium ut patet in monstris, sed per priores illos effectus fortuitos, per posteriores vero effectus casuales, ergo dantur in rerum natura effectus casuales et fortuiti, consequenter et casus et fortuna.

N. 234 Dico 1º. Etiam cœli sunt causæ per accidens. ita
D. Th. 1ª p. q. 115. art. 6 et alii contra gentes c. 96.
ratio est. effectus casualis est, qui fit praeter intentionem
seu naturalem inclinationem ipsius causæ, atqui in sublunaribus
saepius fiunt effectus qui sunt contra intentionem corporum
cælestium: nam saepius fieri potest, ut corpus caeleste suis
influentiis intendat aliquem effectum v.g. temperiem
aëris, fertilitatem segetum, et tamen ob activitatem
causæ fortioris vel indispositionem aut contrariam dispositionem
eveniat aliquis effectus non intentus ab illo: ergo ipsa
cælestia etiam sunt causæ per accidens. nec dicas, id
tamen plus non probari, quam quod effectus casuales respectu
solius vel unius cœli aut sphaeris fieri possint, non tamen
respectu omnium collective. contra enim est, quod cœli
quamvis sint agentia necessaria, se solis non producant
effectus sublunares, sed concurrentibus causis
inferioribus, quae in agendo sunt valde fallibiles ac
defectibiles: insuper non agunt in his inferioribus
nisi in determinata ac debite disposita materia,
cum nullum ex nihilo producant effectum: hinc
fieri potest, ut ex defectu agentium inferiorum
simul concurrentium, vel ex defectu materiae non dispositae
aut contrarie dispositae etiam quoque collectio
cœlorum frustretur effectu intento, et sequatur
non intentus.

N. 235 Dico 3tio. respectu Dei non datur casus vel fortuna
ita D. Thom. 1a p. q. 116 art. 1º et 3tio contra gentes
c. 74. ratio est, omnes effectus creati essentialiter dependent a Deo
ceu causa 1ª, sed quod dependet essentialiter non fit per accidens
respectu eius, a quo sic dependet, ergo in Deo non
habet locum casus et fortuna. quoad vero ad Angelos
quidem casus, sed non fortuna locum habet: quoad
1um patet ex hoc, quod nunquam agunt sine electione
adeoque casus respectu ipsorum non datur; 2um vero sic ostenditur,
quia multi effectus fieri possunt, qui respectu ipsorum sunt
fortuiti: sic bono Angelo, dum clienti suggerit bonas

cogitatões fortuitg est praeterq causae intentionz, q dependit
ex parte extentis: sic etiam daemoni fortuitg est
praeter eius tentatioem, quas hoi mittit; qd vero
Aglorum fortuna bene habet.

Solvuntur objectiões.

Objectio 1a, quae pro conclusione. Oe ens per se ac Ⅎtum Ar. 2. 3us
procedit a cäa per se et Ⅎta; sed ois effectg magis
casualis, ut est thesaurg inventg, e ens per se ac Ⅎtum;
ergo ois effectg procedit a cäa per se, et Ⅎta; consequenter
nullg effectg provenit a cäa per accidens.

2o. Ois actio cuiuscunque creae sive rationalis sive irrationalis
fit propter aliqm finem, sed nulla actio casualis a
fortuita fit propter aliqm finem; ergo nulla actio creae
potest esse casualis a fortuita. atqui si nulla actio est
casualis aut fortuita; etiam nullg effectg erit casualis
aut fortuitg.

3tio Oe, quod est tale per accidens reducitur ad aliqm cäa
per se tale, ut frequenter dici solent; ergo ois effectg
quem nos vocamus per accidens tale procedit ab aliqua
cäa per se.

Resp. ad 1um c. m. d. m. sed ois effectg v: g: Thesaurg inventg
est ens per se, si consideretur in se et sortim ab Ar. 2. 3us.
inventione c. m. si consideretur quatenus inventg n: m et co.
na; cum neque ex natura fossionis neque ex natura
Thesauri proveniat, quod fodiens inveniat thesaurum
cum ambo per se non coniungi, imo frequenter non coniungantur
unde fit per accidens est, quod hic et nunc iungatur
fossio cum Thesauro; ita et inventio; ergo per se etiam
Thesaurus prout inventus non habet ratione entis
per se, adeoque nec cäa per se.

Resp. ad 2dum. duplicem in praesenti finem distinguimus;
alterum finem per se intentum ab agente, et finem non intentum
ab agente; propter priorem finem est ois actio cuiusque
creae, modo per se consideratae; propter posteriorem eadem
potest casualis et fortuita, quo modo non imo est
per se, sed tamen est per accidens consideretur. ex quibus
facile poteris 3tium argm cum distinctione dissolvere.

Ad 3tium nc. nãa aliud quae dictum in sententiad: intelligendum in totum, qd ois cãa quae est per accidens respectu unius effectus sit simul cãa per se respectu alterius; et sic ois quoque effectus per accidens proveniens ab aliqua cãa reducatur ad aliud effectum per se productum ab eadem cãa, nã qd ipse fuerit productus per se ab alia cãa. nempe fodiens terram ẽ cãa per accidens respectu thesauri inventi; et cãa per se respectu fossionis; inventio ẽ thesauri reducitur tamquam effectus per accidens ad fossionem terrae tamquam effectum per se ejusdem cãae nempe fodientis.

N. 231 Quaeres quid sit monstrum? Resp. monstrum ad mentem Philosophorum; qd sit effectus nãalis aberrans a debita dispõe rei generandae. ut cum homo nascitur cum gemino pede aut unico brachio, a vel biceps, vel capite a medio situ inverso, certa enim est debita dispõo, quam homo debet esse in sua spẽe, ẽ, qd habeat 2 pedes, unicum caput et. cãa autem hujusmodi defectuum ẽ ut plurimum defectus aut superabundantia nãae, vel aliqua ejus indispõo; quamvis ad id defectus aliquis virtutis activae sive efformativae parentis saepius concurrat: et generaliter esse possunt ẽa cãa monstrorum, quos sunt principia ad effectum nãalem concurrentia, quae deficere possunt. Hoc posito indubitatum ẽ monstra per se intendi a prima cãa, cujus ordini et dispõi non solum subsunt effectus per se intenti a cãis 2is, sed etiam fortuiti et casuales sive ignoti, de quorum numero sunt monstra. Dubium ẽ, quando ipsa nãa intendat monstra. ad

N. 239 Resp. primo nãa non intendit per se primo monstra. probatur nãa enim tam universalis quam particulares, quae sive nãa alqbus per se primo intendunt perfectam assimilationem effectus cum cãa proxima; sed monstrum

ut tale deficit ab illa perfecta assimilatione, quod ut
fiat non intenditur per se primo à natura simpliciter, sive
pro casibus nullibus sive particularibus. nihilominus N. 240[us]

Dicendum 2° Naturam per se 2° intendere monstra: probatur
et explicatur. Natura influens in effectum omnis intendit
illud per se primo quod totam perfectionem intra tale speciem
debitam, sed quia ob defectum alicujus requisiti non potest
usque ad totam perfectionem pertingere, ideo supposito hoc
defectu intendit sicut effectum eo modo, quo illud
habere potest: et sic dicitur natura per se primo tamen per se 2°
intendit effectum monstrosum, cum nequeat totam
perfectionem producere. qua ratione in animalium generatione
natura intendit per se primo masculum, cum tamen ad
eum non possit pertingere intendit per se 2° faemellam.
nec tamen inde aliquis ex superius dictis inferas
faeminas esse monstra, quae quamvis deficiant à
perfecta et debita dispositione non tamen à debito, quod ad rationem
monstri est requisitum, et ob eandem rationem si in aliqua
mundi plaga ita coadiuvante regionis illius
faecunditatis nascantur homines procerae staturae uti
gigantes aut exiguae admodum uti pygmaei non censentur
tamen esse monstra, facto respectu illius regionis
quia non fiunt praeter leges à natura generandi effectum
productione servari solitas.

Quares denique quid sentiendum de fato? Dicendum N. 241[us]
breviter contra haereticos praecipue Priscillianistas
qui aiebant fatum consistere in certa causarum id est
siderum dispositione, sub quibus unusquisque natus est,
prorsus invariabili et impedibili, nec sine effectu
frustratur, et ideo vocabant fatum inevitabile
ineluctabile etc. contra hos magnus Boëtius cum Boetio
L. 4. de consolatione vere ostendere quod sit inhaerens
rebus mobilibus indispositio immobilis, vel quam perfectam
libertatem (?), sed quoque nectit ordinibus, hoc dictum
ut fiat clarior sequentia ex Divo Th: 1a Q. 116.
ar: 2. sunt observanda: scilicet Dei providentiam, res

quæ in mundo accidunt exequi per caūas earum intermedias, quatenus ab ipso disposita et ordinatæ ad producendos effectus. Et ipsis ordinatio seu dispositio caūarum dupliciter considerari: 1mo active prout est in ipso Deo ordinante ac disponente et hoc modo accepta est ipsa Dei providentia, 2do passive quatenus nempe se habet ex parte ipsarum caūarum dispositarum et ad effectus ordinatarum atque fatum ut paucis dicam consistit in ipsis caūis 2is ut ordinatæ atque dispositæ ad talem et talem effectum à divina providentia: licet enim illæ caūæ variabiles sint atque fallibiles in caūando, quatenus tamen subsunt ordinationi divinæ providentiæ, infallibiliter sortiuntur suos effectus citra omne tamen præjudicium libertatis creatæ: ex quibus patet in fato 2 involvi: unum quasi materiale, id est ipsæ caūæ 2æ, alterum quasi formale, quod est ipsa dispositio et ordinatio passiva earum descendens à Dei providentia: sicut ut sapiens ait: attingit à fine usque ad finem, et disponit omnia suaviter. Porro providentia divina quatenus ordinans et disponens caūas 2as ad quemlibet effectum solum est fatum caūaliter. et hæc de caūis per accidens dicta sufficiant.

Disputatio 3tia

in Librum 3ium et 5.tum Physicorum.

Post absolutas præcipuas de caūis quæstiones et controversias recte gradum facimus ad librum 3ium Physicorum, in cujus 1mis 3. capitibus agit Philosophus de motu seu 1ma et præcipua proprietate entis mobilis, quod objectum physicæ: sequentibus vero 5 capitibus tractat de infinito: cum enim motus sit de genere continuorum, in cujus definitione intrat Philosophus infinitum ponitque recte sine notitia infiniti sciri non posse. Quare infinitum pariter in consequentiam disputabimus. et quia Philosophus